

1616

DISPUTATIO PHILOSOPHICA

ANIMA SEPARATA,

Quam

ADJUVANTE DIO

Sub præsidio

Clarissimi & quoque Excellentissimi Viri

D N. C A S P A R I
E B E L I I,

IN INCLUTA AC CELEBERRIMA
Academia Marpurgensi, Logicæ ac Metaphysi-
cæ Professoris ordinarii, Dn. Præceptoris.

Promotoris & Fauroris sui perpetuum

venerandi

Pro summis Philosophia bonoribus ac privilegiis impetrando
publice in omnibus philosophie cultoribus examinans tam
subiectis

JOHANNES BUNO FRANCOBERGA
Hassus,

Ad diem 13. Martii, horis loco quoque consuetis

(O)

MARPURGT Hessorum,
Typis Vidue Simonis Zachmanni, Anno 1639.

*Admodum Reverendo, Clarissimo atque
Excellentissimo*

Viro

VIR O
D N. JOHANNI STEUBERO S.S.Th. D. ejusq; Profess;
Celeberrimo,& ad D. Elis. Pastori Vigilantissimo Stipendiatorum-
que Ephoro Meritissimo.

*Spectatissimis item Consultissimis, Prudentissimis,
Gravissimis.*

VIRKIS

V I R T U S

Dominico Johann Iohannes Reissens / Illustriss. & Celsiss: nostri Principis
Camerae Consiliariae ac Assessori dignissimo.

D. N. CONSULIBUS, AC SENATORIBUS REIPUBLICÆ PATRIZ
MERITISSIMIS.

DN. JOHANP. HLIPPO BEYLAND / Illustrium Comit. Nassov.
Collectori apud Itsteinenses dexterimo

U T E T

Præstantissimis Doctissimis Politiſimis Adolescentibus.

DN. JOHAN-ENGBERTO STEUBER IS in
DN. PHILIP-HELFREICO alma Academia Julia

Studiosis solertissimis
Dn. CHRISTIANO BUNONI Musicæ Artis peritissimo.



Dn. Mecenatibus, Patronis, Fautoribus, Amicis, Fratribus germano, Benefactoribus ac studiorum suorum Promotoribus honorandis hanc pro gradu disputationem indeleite observationis & gratitudinis testificatio- nem dedicat, offert

JOHN BUNN A. & R,

Procœmium



Lludingiorum lumen, Poëtarumq; Sol, Homerus, mortalia animalium genera contemplatus, factâ vita institutorum, atq; rationum comparatione, exclamavit: Nil homine in terra spirat miserum magis almanil repit. Primas homini minimè felices tribuens, dum mala omnium maxima ei assignat ex infinitis enim calamitatibus, quibus est expositus, hac penè est acerbissima quam apponit Euripedes, inquiens |

Mortalibus mors imminet certa omnibus,
Nec ullus est eorum, qui certò sciat,
Victurus ansit lucem porrò crastinam.

Et certè hoc intuitu nullum existeret animal hominem infelicitate superans. nisi ejus miseriem anima, divina illius particula aura, immortalitas (quam tamen Epicuræ referente Plutarch: de placitis Philosoph. lib. 4. c. 7. negarunt quibus se adjungit Plinius narrante Gesn. in meditat. phys. p. 283. Ut paulum discrepet Galenus dicentibus Conimbr. de anima separ. disp. I. art. I.) sublevaret.

Hec verò sententia, uti vera ita & magnum apud eos qui rectè judicant, pondus haber, Christianos non solum, sed & sa- niores Ethnicorum Philosophos, quorum non pauca testimonia ad- ducit Calixtus in tract. de anim, immort, &c resurr, carnis cap. 2. anima immortalitatem tam evidenter probantia, ac si ex sa- cro fonte hausta. Placet autem pauca inter alia eminentia verba Plutarch, lib. de Iside & Osiride p. 174. Producere suntq; hac: Hominum animæ, quamdiu hic à corporibus & affectio- nibus continentur, nihil habent confortium Deo, nisi

quatenus Philosophie adjumento veluti persomnium intelligentia eum attingunt. At postquam solutæ migraverunt in purum & visui atque perpessionibus non obnoxium: ibi tum earum ipse Deus ductor est ab ipso dependentium, spectantiumque absque ullâ satietate, & desiderantium ineffabilem hominibus pulchritudinem.

His enim paucis totum p̄cnē anima separata statum nervosè expressit, quod admiratione non indignum in homine in primis Ethnico. Cum autem de hac agere in presentibus mei sit instituti, sine ponderè verborum ea, quæ capacitatem ingenii mei non excedunt, promam hoc ordine, ut agam 1. de animæ immortalitate, 2. de statu separationis 3. de appetitu, 4. de potentiis, 5. de habitibus, 6. de speciebus cognitionis, 7. de actibus ejus, videlicet cognitione, volitione & motu. Que ut felicitati aurâ ad destinatum portum pervehantur Deus clementissime faxit.

S. Θ.

Triplicia sunt attributa animæ nostræ rationalis, videlicet Reveleta: Quidditativa vel conjuncta & deniq; illa, quæ eidem convenient, ut separata est. Clariss. Dn. Praes in Disert. Met. 17. sect. 2. t. 1. Prioribus duobus generibus sepositis tertium retinebimus, nostroq; discursui applicabimus. Inter illa verò quæ animæ in statu separato convenient prīmō sc̄e offert probanda ipsius, quam habet à natura immortalitas à parte post, sumendo. tamen vocabulum immortalis pro re, quæ nullâ vi naturalium causarum queat obire diem. Mendoz. dispt. 18. de anima separata sect. 1. §. 1. Esto ergo E. tale argumentum: Quicquid in se & suā natura non habet principium corruptionis, illud est immortale. Atqui anima rationalis in se & suā naturā non habet principium corruptionis E. erit immortalis. Major luce suā radiat. Minor probatur 1. quia anima est simplex, nullum autem simplex potest resolvi in sua principia. Scalig. Exerc. 307. f. 20. si autem non habet principia E. nec principia corruptionis, 2. quia anima causis

à causis intrinsecis planè absoluta & libera est; & excludit compositione in & materia et forma, quæ tanquam causæ intrinsecæ de necessitate habent annexam imperfectionem. Clariss. Dn. Praes Metaph. dispt. 2. 2. f. 1. art. 3. omne enim habens materiam est corruptibile. Arist. in lib. de long. & brev. vita.

2. Quicquid extra materiam operari potest, illud est immortale. Atqui anima rationalis extra materiam operari potest E. erit immortalis. Major est Tolet. in lib. 2. phys. Aristot. cap. 3. t. 38. p. 60. colum.

4. Minor probatur exinde quia principales operationes animæ sunt intellectio & volitio, quæ à materia non dependent, Calixtus cit. loc. ista verò immortalitas non servatur per ~~μεταψυχήν~~ vel transmigrationem, quæ fuit aliquorum opinio, quam refutatam vid, in Coll. psycholog. Danh. Dispt. 1. Controv. 5. Sed separatim extra corpus subsistendo, qui status separationis vocatur. Clariss. Praes cit. disert:

Quod autem ipsam separationem concernit, illa in fieri & in factu esse non est animæ naturalis, quia affectiones oppositæ præstent privativæ eidem rei connaturales esse nequeunt: At animæ rationalis maximè naturalis est unio ad corpus, separatio igitur, quæ eam unionem demolitur, minimè eidem erit consentanea, cum ita separatio in totius compositi perniciem cedat. Conimbr. tract. de anima separata: dispt. 2. art 2. affer. 1. Separatio verò in factu essendi potest violenta, ubi tamen præsupponendum, quod violentum dicatur duobus modis. 1. positivè, 2. privativè, illud est, quod fit per potentiam alicujus repugnantis contra effectivum influxum formæ. Hoc, quod fit per nudam subtractiōem alicujus conditionis aut status connaturalis, sine positivâ repugnantiâ ejusquod violentiâ patitur. Clar. Dn. Praes. Coll. Metaph. dispt. 21. sect. 1. a. 3. persistit igitur anima in statu illo separato, non ut simpliciter naturali, sed aliquo modo violento saltem privativè, quia privatur aliquâ conditione sibi maximè connaturali, unione nimirum actuali cum corpore, quæ ei convenit ex primaria naturæ intentione. Clariss. Dn. Praes in cit. Disert.

In illo verò statu, anima inest surus appetitus informādi corpus: observandum tamen, appetitum esse vel naturalē, qui nihil aliud est, quam inclinatio naturæ, secundum quam res in aliquod bonum sunt propensa, absq; prævia cognitione. Velebitum, qui

6

est actus appetendi, quo res præviâ cognitione feruntur in bonum cognitū dn. Scheibl.l.2.met. c.5.n.65. & 68. Clariss.Dn. Schrademüller. Preceptor meus etatem colendus in lect. publ. part. Comm. cap. 1. Antilog. 3. Quantum jam ad appetitum naturalem, cum permanere in animâ sic probro. Si appetitus in formandi non distinguitur ex naturâ rei ab ipsâ formâ, sequitur eum separari ab animâ nō posse. Atq; prius E. & post. Antecedens probatur, quia appetitus in formandi nihil aliud est, quâm formalis aptitudo aut capacitas in formandi; sicut in materia non est aliud appetitus ad formam, quâm capacitas seu aptitudo recipiendi eam in se; sed anima in statu separationis non est minus ex se apta in formare corpus, quâm erat in instanti sue creationis. E. nec minus appetit appetitu naturali informare, quâm appetebat prius; sicut materiâ amissâ unâ formâ, non minus eâ appetit, quâm prius, Ruvio tratt. cit. quest. 7.n.99. & 100.

Nec tamen negandum animam separatam actu etiam elicto desiderare informationem, quod satis confirmatur ex iis, quæ dicta sunt de innatâ propensione animæ separatae ad corpus. Nam cum anima proprio appetitu donata sit, id est, voluntate, cur ea, quibus pfitur. & inquit, sive propriæ, sive inpropriæ propensa est, elicto actu nō desideret? Præsertim, quia voluntas totius subjecti appetitus dicitur, quo videlicet desiderare possit, quicquid ei naturæ jure semel observatur; qualis est societas corporis. Comimbr. cit. disp. art. 3. tantum de appetitu, sequuntur potentiae.

A nima separata nullas dimittit potentias quas habuit conjuncta. Probatur: Quicquid non differt ante operationem intellectus ab animâ illud in statu separationis absq; ea esse minime potest. Arqui omnes potentiae animæ nec ab animâ nec inter se differunt realiter & ante operationem intellectus, E. non possunt ab ea separari. Major corroboratur, quia idem à se ipso repugnat, aliás idem non esset idem. Minorem quod attinet, magna inventetur contentio de illâ inter Thomistas & Scotistas, nos à scoti partibus stabilimus, moti hâc ratione. Res nisi cogente necessitate multiplicandæ non sunt; cum natura studeat compendio, & à superfluo quâm maximè abhorreat.

Arqui nulla necessitas cogit distinguere potentias ab anima, tanquam res inter se diversas. Non sunt ergo distinguendæ. Probatur assumptio

7

assumptio, quia sicuti materia, sine alia adjectitia facultate, est sua potentia passiva ad recipiendam formam, ita & substantia animæ per se poterit esse sua potentia activa ad operandum; præsertim cum anima materiae dignitate præster. Scalig. exerc. 307. 15. quia potentiae apud eos, qui ipsas ab anima distinguunt, fluunt immideitatè ab essentia animæ. Quare jam animam ipsam proximum earum principium esse confitentur. Quòd si ita est, cur non etiam immediatum suarum functionum principium erit? Hanc sententiam latè propugnat Philipp. Faber Favont. Theor. 74. & 75. Mendoza. disp. de potentia anim. f. 4.

Non aliter de habitibus: Nullos siquidem habitus intellectus & voluntatis in hac vitâ comparatos anima deponit, præter repugnantes illi statui, quales sunt habitus erronei in beatis scilicet; probabiles: quia imperfecti sunt & nunquam exercendi. Mendoza. disp. 18. de anima sep. f. 5. §. 27. quidam verò ob defectum objectorum exerceri non possunt ubi tamen entitas illorum manet. Conimbr. cit. tratt. disp. 3 art. 3.

Porrò in anima separata omnes species intelligibiles permanent, & estratio, quia species acquisitæ in corpore permanent in memoria intellectiva animæ: quæ cum sit intellectus ipse, necesse est eas quoq; permanere in animâ separata: & consequenter species in ea existere, licet dependentiam habuerint à phantasmatibus in primâ acquisitione; non tamen necessariò ab eis habent conservationem. Ruv. cit. tratt. quest. 8.n.109. Notandum autem, animas separatas præter species hinc exportatas, novis speciebus à Deo exornari, Conimbr. cit. disp. art. 5. quia aliás animæ puerorum & amentiū sine speciebus acquisitis decedentes per totam æternitatem nullam cognitionem haberent. Ruv. cit. quest. n.114. Tandem Sequuntur actus, inter quos primus cognitionis.

Existimamus, neminem, qui immortalitatem animæ concedit, illi denegare cognitionem, nisi quis tam impiè desipiat, ut torpentes credat sepulchorum animas; totq; seculis otiori, dum reviviscant, ac si nihil nisi incorpore moliri noverint. Conimbr. cit. tratt. disp. 4. art. 1. Exercet verò Cognitiones similes iis, quas hîc exercet. quia retinet omnia principia illarum cognitionum. Mendoza disp. cit. f. 2. §. 22. Non tamen in illo statu separationis intelligit & vult per species acceptas mediantibus sensibus, ut in statu informationis: Clariss.Dn. Schrademüller.

Schrackmiller c. r. part. com. cap. 2. Ant. 3. Cum verò modus intelligendi per Compositionem, divisionem & discursum Angelis non repugnet, ut superioris ordinis è genere intellectualium Clariss. D. Praes. dis. Metaph. special. 6. f. 3.; art. 1. p. 2. Multò minus is intelligendi modus animæ dilucideat. Dn. Scheibl. c. 3. lib. cit. n. 131. habet enim modum essendi similem Angelis, E. & intelligendi. Clariss. Praes. cit. dis. 6. f. 3. n. 1. p. 1. l.

Potest autem anima separata tunc se, suosq; actus internos ac potentias, tunc verò alias animas distinctè cognoscere. Probatur, quoniam isthac omnia ordinem ipsius animæ non extendunt, præsertim si noui specifica solùm, sed individuā quoq; perfectiōē secundū alioq; pares sint omnes animæ. Con. cit. tr. dis. 3. art. 1. Intelligit verò anima se pericē ipsam, cum nihil medium interlaceat inter ipsam & sui cognitionem, Scal. Ex. re. 307. f. 13. Et cognitione immediata sū nec ex parte objecti, nec ex parte modi capacitatatem animæ excedat. Mendoza cit. dis. f. 3. §. 25.

Cognoscit etiam Angelos, distinctā naturaliꝝ; cognitione, eorumq; naturales proprietates, exceptis (*ut vocant*) cordium cogitationibus, utpote ex suo genere occultis, modus enim essendi operandiꝝ; Angelorum non admodum emet supra modum essendi operandiꝝ; animæ separataꝝ. Poterit E. anima illos distinctè nosse, quod enim specie inferior sit, nihil obest, alioquin nullus angelus inferior naturaliter distinctè nosset superiorem alium, quod incredibile. Conimb. cit. loc. Deniq; cognoscit̄ quæ animæ cognitione nobilissima est) ipsum Deum, loquimur enim de animâ in statu beato constituta, quæ beatitudine consultit in Dei cognitione: cognitione autem hæc non est comprehendens; aliquo modo tamen nobiliora et qualia est in hac vita.

Animæ etiam cor venire voluntatem, manifestum iudico exinde quia potentia volendi ab Angelorum natura non differt. Clariss. Dn. Praes. dis. spec. 6. f. 3. a. 2. E. etiam non differt, nec separatur, à anima quæ ejusmodi est essentia. Cum autem ait cognoscat utiq; cognoscet bonitas rerum Scal. Exerc. 307. f. 27. bonum siquidem cognitum non potest non amare. Volitio illa judicatur libera, libertas enim radicatur involuntate, ideo vero est libera quia excedendo actus bonos, nunc hunc, nunc alijum potest velle anima. Dn. Scheibl. l. 2. Met. c. 5. n. 155. & seqq. Ultimus actus animæ est motus, quod scilicet moveatur, & alia movere possit. Primo se ipsam movere manifestum est ex Scalig. Exerc. 307. f. 13. Hoc namq; 1. immaterialium rerum privilegium est, ut se ipsas movere possit. Exerc. 359. f. 12. 2. Ad perficitōē Entiam pertinet, se ipsam movere posse, at isti perficiōē pluriū decedunt, si motum non haberent, nisi ab extrinseco. Dn. Scheibl. cit. cap. n. 149. Secundū animam, tiam alia corpora movere posse, relinquitur ex sui mobilitate tanquam perfectissima, ex quā colligitur etiam mobilitas aliorum, tanquam imperfectior: nihil enim quod motum iubet, privatur omni virtute movendialia. Conurb. cit. trahit. dis. 6. art. 2. Hæc de animâ separata rudi stylo delineasse sufficient, quæ adhuc restant, ipse discrusus clara reddet. Tibi b. S. amme Deus sit laus, honor & gloria in sempiterna fœcita.

C O R O L L A R I A.

Entia in sua latitudine non habet principium.

Natura ab Aristotle 2. physi recte definitur.

Homo & aris magice non potest transmutari in bestiam.

Natus sane venti astrorum in hæc inferiora influxum negabit.

Fauci sunt eligendi amici

Americanam ch. hoc arb. suis effigiis vel p. i. est continua. If ve non præculab eis qui finibus dñi a valde probabiliſſ.